

Appendix. URBANUS VI. ET NICOLAUS V.

295

*Christi
Catholicae
fidei
ad
ipius
solutionem
impendit, & injungendi paenitentiam
salutarem nisi forte talia fuerint, propter quae Sede
Apostolica sit merito consulenda plenam, & liberam te-
nore presentium concedimus facultatem.*

Dat. Avignonii tertio Kal. Martii, Pont. nostri anno 3.



C O N S T. VI.

U R B A N I V I .

*Ordinem B. Mariae de Mercede Redemptio-
nem laudat; Prohibetque Archiepi-
scopis, Episcopis, & aliis Ecclesiae Prelatis, ne
Indulgentias, & privilegia illius fratribus con-
cessa interpretari presumant.*

*An. D. V R B A N V S E P I S C O P V S,
Servus servorum Dei. Dilectis filiis Priori, & fratribus Do-
mus S. Mariae de Mercede Captivorum Barchinonensis, Or-
dini fratrum Augustini salutem & Apostolicam benedictionem.*

*§. 1. C*ultiosa semper, & ubique laudabilis de Mercede
Captivorum Religio, in qua Ecclesia Christi
adversus fidei hostes, & in proximorum utilitatem plu-
*rimum deservitis, promeretur, ut ipsa nos sincera diligencie
in Domino charitate, ex vobis libenti animo conce-
damus, per quae, omnis turbationis causa remota, sancti
instituti vestri suavior exequio procuretur.*

*§. 2. Nuper siquidem pro parte vestra conquestio pro-
posta est quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, & alii
Prelati Ecclesiastici vestris libertatibus derogabant, in-
dulgentias, seu privilegia vobis ab Apostolica Sede con-
cessa interpretando, & ad suum intellectum trahendo; ac
presentim, quod vos, iuxta ipsorum interpretationem,
privilegiis ipsis uti, & non alter compellunt, quod in
non modicum damnum vestrum emergit, super quo no-
bis fuit humiliter supplicatum, ut cura, & diligentia pa-
terna de opportuno remedio provideremus.*

*§. 3. Nos vestris supplicationibus inclinati, ne prefati
Archiepiscopi, sive Episcopi, & alii Ecclesiae Prelati dicta
privilegia, & indulgentias (etiam si dubia contineant)
de cetero interpretari presumant, auctoritate presentium
districtus inhibemus. Volentes insuper, ut (cum ejus sit
interpretari, cuius est condere) interpretatione super hujus-
modi dubiis, à Sede Apostolica requiratur.*

*§. 4. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam
nostrae prohibitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu-
temperio contraire. Si quis autem hoc attentare presum-
perit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, &
Pauli Apostolorum ejus se neverit incursum.*

*Dat. Roma apud S. Petrum decimo Idus Junii, Pont.
nostri anno primo.*



C O N S T. VII.

N I C O L A I V .

*Commendat Ordinem B. Mariae de Mercede
Redemptionis Captivorum; ipsamque cum
omnibus suis personis, & bonis, diversis
Summorum Pontificum constitutionibus jam
exemptum, & sub immediata protectione
Sedis Apostolica receptum, iterum ab om-
nimoda jurisdictione Ordinariorum eximit,
ac exemptum declarat.*

*An. D. N I C O L A V S E P I S C O P V S,
1448. Servus servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.*

*I*Audibus, & honore dignissima à cunctis fidelibus de
Mercede Redemptionis Captivorum Religio, quæ

*ab ejus institutione felici, cito celeri gloria totum fuit
divulgata per orbem, ac immensitate virtutum contra
hostes orthodoxa fidei militando semper emicuit, pro-
meretur, ut ipsam, eisque personas, & bona libera &
exempta, faciamus, eaque reddamus ab omni perturba-
tione secura loca.*

*§. 1. Nuper siquidem charissimus in Christo Filius Causa hujus
noster Alfonius Rex Aragonum Illustris, nobis signis confit.*

*care curavit, quod licet dudum Praedecessores, seu Reges
Aragonum, qui fuerunt pro tempore zelo devotionis
excitati, quam plurimum Christi fidelium, quos impil
Saraceni fidei Catholicae hostes assidue capiebant, capti-
vatus compatiens, illorumque redemptoribus suis,
& aliorum Christi fidelium suffragiis consulere satagen-
tes, Apostolice Sedis ad id auctoritate suffulti, Monasteri-
um B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum
Barchinonense de novo fundaverunt, & exerunt, intitu-
tuientes inter cetera, quod Fratribus, & Religiosis dicti
Ordinis officium, curaque assida circa Captivorum
predicorum Redemptionem, & Christi fidelium elec-
mosynarum ad Redemptionem candem summe necessa-
rium existet; ex quo quidem Ordine, qui per diversas
Mundi, praesertim totius Hispania partes, ac provincias
amplius existit, eisque Monasteria jam pluribus nota-
bilibus edificiis constructa reperiuntur; Tamen Frates,
& Religiosi Ordinis predicti, à locorum, in quibus
degunt Ordinariis Ordinem ipsum, & illius Fratres ac
Religious, sibi, eorumque jurisdictioni ordinariae subje-
ctos esse prætentibus, super charitativis subliuis,
aliisque tributis & exactiōibus per Ecl. iusticas suau-
rum dicēceum personas non exemptas eidem Ordini-
nariis persolvit solitus. Similiter per fratres, & Religio-
sos d. Ordinis de bonis per ipsos à Christi fidelibus
pro dictorum Captivorum redemptique elemosyna-
liter, & ostiatim mendicatis exolvendis per amplius
gravantur, & inquietantur; perspèct etiam Magister
Generalis, Priors, sive Commendatores Ordinis, &
Religionis hujusmodi in eorum jurisdictione circa dicti
Ordinis subditas, & inferiores personas ad ipsorum
ordinatorum curias illico confugientes, in visitatio-
nibus, & correctionibus faciendas multiplicitate im-
pediuntur. Unde dictorum Captivorum Redemptio-
nis fructus adeo salutiferus & necessarius aliquando
diminuitur. Unde Ordo, religiosa Monasteria, & il-
lins, illorumque religiose personæ, ac bona, si à præ-
dictorum Ordinariorum jurisdictione plenariè exime-
rentur, absque dubio fructus hujusmodi non parum
ampliaretur. Quare pro parte ejusdem Nobis fuit hu-
militer supplicatum; quatenus dictum Ordinem Bea-
te Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, ac
illius Religionem; necnon prefatum Beatæ Mariæ de
Mercede Barchinonense Monasterium, quod ejusdem Ordini-
nis caput existit, omniaque alia, & singula Monasteria,
illius domos, & loca, necnon Magistrum Generalem,
Priors, Praeceptores, sive Commendatores, Fra-
tres, Religious, aliasque personas, & bona tam mobilia,
quam immobilia, præsentia, & futura Ordinis, Monasteriorum,
Domorum, locorum, Magistri Generalis, Prio-
rum, Praeceptorum, Commendatorum, Fratrum, & Reli-
giosorum prædictorum præsentium, & futurorum ubili-
bet consistentium ab omni superioritate, jurisdictione, &
obedientia tam præsentium, quam futurorum Archiepis-
coporum, & aliorum quorumcumque ordinatorum lo-
corum, in quibus Ordo, Religio, Monasteria, Domus,
& loca, necnon Magister Generalis, Priors, seu Com-
mandatores, Fratres, & Religious, ac illorum bona præ-
dicta existant, perpetuè eximere, & liberare, aliasque in
præmissis opportune providere de benignitate Aposto-
lica dignaremur.*

*§. 2. Nos igitur attentes quanta utilitas, quantus
que honor fidei Christianæ ex hujusmodi Religione pro-
venit, hujusmodi supplicationibus inclinati, prefatam
Beatæ Mariæ, omniaque alia, & singula illius Monasteria,
domos, & loca; necnon Magistrum Generalem, Prio-
res, Commendatores, Fratres, & Religious, aliasque per-
sonas, & bona tam mobilia, quam immobilia præsentia,
& futura Ordinis, Monasteriorum, domorum, locorum
Magistri.*

*Ordinem B.
Mariæ de
Mercede, &c.
sub immediata
protectione
Sedis Apof.
recepimus de-
claratis.*